



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1663. usque ad annum 1674

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119193

§. 43. Continuatio hujus controversiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67332](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67332)

„lari eorum caussa posset, quod Domino Sæc. XVII.
 „Galleotto Auditori jam nominato pa- A.C. 1671.
 „riter visum fuit, ac demum etiam
 „Eminentissimo Cardinali a Balneo Do-
 „mino meo, quem P. Placidus adire
 „eo solo nomine voluit, ut ab eo re-
 „sciret, quænam demum esset illius de
 „MS. ejusmodi sententia, quam post-
 „quam vidit, in eo potissimum sitam
 „esse, ut dictos manuscriptos Codices,
 „nihil quod sanum esset, nihil, quod
 „bonum aut verum continere assereret,
 „statim dictus P. Placidus juratus an-
 „tea, se tot falsitatum, & ineptiarum
 „in scium fuisse, tabellioni pro instru-
 „mento dimidiato integri mercedem
 „solvit, gratiasque habuit nobis omni-
 „bus pro navata solerti opera.,”

§. XLIII.

Continuatio hujus controversiæ.

Postquam hæ ipsæ Naudæi literæ a Inform.
 Frontone Parisiensi Canonico Re- Controv.
 gulari divulgatæ fuerant, Robertus D. Amort.
 Quatermarius & Valgravius Benedictini Dissert. Crit.
 Naudæum perfidiæ accusarunt, perinde P. Merz.
 ac si ipsemet hosce Codices, sibi a Con-
 stantino Abbate commodatos depra-
 vasset. Inde ira commotus Gabriel
 Naudæus, ut suam vindicaret famam,
 plures edidit libellos, remque ad Par-
 lamen-

Sæc. XVII. lamentum devolvit, a quo etiam die
 A. C. 1671. duodecima Februarii Anno hujus se-
 culi quinquagesimo secundo obtinuit,
 ut ambo Benedictini verba illa, quibus
 Naudæus perfidiæ insinulabatur, expungere
 juberentur, simulque libellus sub nomine
 Joannis Gerseni imprimi prohiberetur: cum ergo
 jam antea Richelius quoque, etsi P. Sirmondus
 maximi in Francia nominis Jesuita, Codicem
 ante Kempensis tempora scriptum produxisset,
 librum tamen addito Authoris nomine imprimi
 precepisset, Parisienses Canonici victoriam
 canere cæperunt, atque inter eos Denosius
 præter totius controversiæ resolutionem
 librum edidit, cui titulus *Triumphus Thomæ de Kempis.*
 Ad Delfau Benedictinus, & Laynoyus
 festim oppositis dissertationibus illis
 palmam e manibus eripere laborarunt.

§. XLIV.

*Archiepiscopi Parisiensis judicium
 hac causa.*

Le Cerf Bibl. Hist. crit. Mabil. in animad. ad Kemp. vind. num. 6. Interim Benedictini vetustissimos
 decim Codices manuscriptos con-
 gesserunt, atque inter eos etiam Pod-
 lironensem & Biscianum, quos Naudæus
 depravatos censebat, præter Co-